

1978

N

14

[35150]





bseel.
en.
er.
hseel.
1.

MANIBVS
VIRI NOBILISSIMI, AMPLISSIMI
atqve CONSULVISSIMI,
DN.CHRISTIANI
SCHULZII,

J. U. Doctoris Jcti Celeberrimi,
Dynastæ in Niemec,

*Curiæ Principalis Saxo-Martisburgen-
sis Advocati Ordinarii, et rel.*

Ipsis Calendis Octobris a. c. 1600 xxx.

Niemeccæ placide defuncti,

&

D. III. Calend. Novembbris in bustum Dœliciense
solemni ritu delati,
Sacrum

Delitii, Typis Christiani Vogelgesangii,

Hic omnibus iuribus & legibus & iuramentis

Festis Deo sacra consumpta, das gildas festum

Ible pueri interiore chrys. das gildas festum

Exultebat, pueri tellusquæda laetare

Hic sicutum fuit iure videlicet dicitur oblatione

Qas loquitur beatis locum dicitur oblatione



Kapsel 78N 14 [48]

A A



Bimus exequias: SCHVLZI nunc tristibus
umbbris

Tradimus exuvias, & tumulum humo.
Triste sonet plectrum, lacrumarum flumine
pressi

Eruibeant oculi, cuncta dolore gemant.

SCHVLZIVS effertur, Phoebi Themidisque sacerdos,
Delicium patriæ, grande decusque suæ:

Præsidium miseris, fausta que a sorte relictis,
Et fulcrum, & gentis gloria prima suæ.

Occidit heu! Lethesque videt jam littora: cœlum
Adspicit, & sanctos aëriosque choros.

Hic, ubi diva cohors ex alta despicit arce,

Qvicquid in his terris dulce bonumque fuit:

Hic, ubi nec curæ, nec gaudia vana triumphant,
Cœlicolas inter vivit, & astra colit:

Sub pedibusque videt, qvicquid mortale juvarat
Mortales, qvorum vota caduca cadunt.

Hic cinctus sanctis a parte utraqve ministris

Læta Deo læta carmina voce canit:

Ipse haut inferior turba, qvæ sidera flammis
Exsuperat, prone terricolasque juvat.

Hic agnum fine fine videt, qvi morte redemit,
Qvos voluit pacis secum habitare domos.

Hic,



[B] H 135 Jacob

Hic, ubi fluxa perit spes, hic, ubi nulla voluptas
Terrestris, lætis plausibus omne crepat.
Hic, ubi nullus amor, nec connubialia jura
Villa valent, animos continet unus amor:
Unus amor Christi, qvi sponsam amplectitur arce,
Ipsi quæ, fuso sangvine, parta fuit.
Hæc loca, lætitiae summae, æternæque theatra,
SCHULZIVS occumbens incoluisse potest.
Sistite jam lacrumas, funus ferale dolentes,
Et, qvæ jam petiit, discite nosse loca!
Sponte sua tristi decedet pectore luctus:
Sponte sua justus plangor inanis erit.
Vivit apud Superos, vivit sub pectore nostro;
Tantum qvippe Virum fama pereesse vetat.

Jo. Christoph. Rackelmannus,

Bitterfeldensis, S. S. Theol. Cultor.



Tristis odoratos Elegeia solue capillos,
Nec pudeat ruptis exulare modis!
Nondum bis decies nova cornua luna resumfit,
Sol neqve bis tacto pisce peregit iter;
Cum pius ante Patrem Natus sua fata subivit,
Cum magnus tota luctus in urbe fuit.
Jamque Pater moritur, (lugubria dicite verba)
Jam cepere Viros concava busta duos.
Claudite jam parere nimium referata sepulchra!
Claudite! plus justo jam domus ista patet.
Cernimus Afræam ferales sumere vitas,
Et lugere decus præsidiumque suum.
Adspicimus Musas querulas effundere voces.
Sic etiam tangunt tristia fata Deas.

Cer-

G. G. Nicolaï, Al. Port.

Cernimus uxorem, stipefactam morte Mariti,
Pallida promissa flere per ora coma:
Cernimus adflictam nudatum tundere pectus,
Funereaque graves edere ab ore sonos.
Et quis ei leges conetur scribere flendi?
Qvis lacrumas tristi temperet ore pias?
Adlunt cognati: deplorant funus acerbum:
Pullatique nigra corpora veste tegunt.
Adfunt, quos sincera fides conjunxit, amici,
Inque pios cineres ultima dona ferunt:
Et violas tumulo, permixtaque lilia costo,
Deque suis lacrumis humida ferta ferunt.
Urbs gemit, (it clamor cœlo) lacrumisque Patroni,
Et Patris erepti publica damna refert.
Funera ducuntur: moerent juvenesque senesque:
Et plangore sonant templâ sacrata Deo.
Omnis adest aetas: par est concordia flendi:
Profusas lacrumas vix capit urna cava.
Sed quid lugetis? Lessus lacrumasque tenete!
Est inter sanctos. Molliter ossa cubent.

Jo. Christianus Rackelmannus,

Bitterfeldensis, Alumnus Elef. Grim.

SChulzi, qui fueras rarae virtutis imago
Flectere, non poteras spicula dira necis.
Schulzi, quem merito veneratur docta juventus,
Môrs renuit meritis parcere seva Tuis.
Schulzi, pauperibus spes & solamen egenis
Ex animis, fato nempe jubente, jaces.
Propterea moerent Tua funera tristia, Patres
Consilii, Charitum, Vir sophus atque Cliens
Non minus applaudunt Tibi, qui mala passus acerba
Elisi nemoris prata beata colis.
Sic felix igitur cum Christo vivere gaude;
Sic tragicum casum coelica vita manet!

Ultimo honori placide defuncti Dn. D. Schulzii Compa-
tris mei honoratissimi tristis apponebat calamo.

C. G. Nicolai, Al. Port.

ULB Halle
004 858 026



3

50

100



MANIBVS
VIRI NOBILISSIMI, AMPLISSIMI
atqve CONSULVISSIMI,
DN.CHRISTIANI
SCHULZII,

Actoris JCti Celeberrimi,
Dynaſtæ in Niemec,
cipalis Saxo-Martisburgen-
ocati Ordinarii, et rel.

endis Octobris a. Cl. Icc xxx.

Niemeccæ placide defuncti,

&

d. Novembriſ in buſtum Dœlicienſe
ſolemni ritu delati,
Sacrum

litii, Typis Christiani Vogelgesangii.



sel 78N 14 [48]

A.V.

